

nebant, quibus, nescio⁶³ qua suspitione⁶⁴ de aere⁶⁵ corrupto⁶⁵ concepta, Romana curia⁶⁶ vitare⁶⁷ urbis Romane didicit⁶⁸ incolatum, Viterbium statim pergit, quasi prescitam⁶⁹ festinaret⁷⁰ ad mortem. Ibique infra XL dies debitum nature persolvit invitus.

Post cuius obitum domini cardinales, reducti more solito in⁷¹ palacio sub conclavi, in⁷² cordis⁷² duricia et animi obstinatione⁷³ preterita⁷⁴ validiores effecti, secundum⁷⁵ diversitatem⁷⁵ corporum votis utrinque⁷⁶ divisus diversitatem induunt⁷⁷ animorum. Nichilominus tamen⁷⁸ ex industria et sagacitate predicti domini Iohannis⁷⁹ Galetani⁸⁰ magister⁸¹ Petrus Hyspanus⁸² Tusculanus episcopus ad apicem apostolice dignitatis assumitur et Iohannes XXI mutato proprio⁸³ nomine⁸³ nominatur.

7. * Sub istius⁸⁴ tempore Karolus rex prefatus animali presso⁸⁵ gravi pondere onus addens et⁸⁶ de perversorum⁸⁷ suorum consilio⁸⁸ novos novorum gravaminum modos invenit et imposuit⁸⁹. Quidam enim ex suis subdola suggestione susurrant⁹⁰ et aures regias vento nitentes⁹¹ adulationis⁹² implere, dum nil aliud cogitant, nisi cum alterius regi placere iactura, dicunt in aures: „Domine mi rex, forestas innumeras⁹³ camposque diversos et nemora sub defensa necnon animalia infinita hodie regium⁹⁴ habet demanium⁹⁵, e⁹⁶ quibus, quod est satis mirabile, consideratis expensis, quas pro hiis curia vestra subit, nulla provenit, ut⁹⁷ deberet⁹⁸, utilitas fisco vestro. Totum forsitan⁹⁹ commodum omnisque fructus et usus est magistrorum massariorum¹⁰⁰ aliorumque custodum et¹⁰¹ credenciariorum curie. Unde massarias vestras, domine, per terras regni cum bonis¹⁰² viris, qui massariis utuntur, communicetis¹⁰³

*) De pravo consilio regis Karoli et multis gravaminibus et quando Karolus requirit P

63) nescitur V	64) suspitione V, suspicione <i>verbessert aus</i> suspicionem C
65-65) are corrupte C	66) ecclesia P
67) invitare C	68) didicit V
69) prescriptam C	70) festinavit V
71) im C	72-72) cordis in V
73) ostinatione V	74) preteriti C
75-75) sed diversitate C	76) utriusque P
77) <i>fehlt</i> C	78) causam C
79) I. PC	80) Gayetani <i>verbessert aus</i> Gaytani V
81) <i>fehlt</i> V	82) Yspanus VC
83-83) <i>so verbessert aus</i> nomine proprio P	84) <i>folgt</i> namque V, autem C
85) <i>fehlt</i> VC	86) <i>fehlt</i> VC
87) perverso C	88) concilio C
89) imponit VC	90) susurrant <i>verbessert aus</i> sursurrant C
91) intendentes V	92) adulationes C
93) innumera <i>verbessert aus</i> innumerat C	94) regem C
95) <i>so auf dem Rand von derselben Hand P, im Text</i> d(omi)nium; d(omi)nium V, demonum C	96) ex V; ex <i>verbessert aus</i> e C
97) <i>fehlt</i> C	98) <i>gestrichen</i> C
99) forsitan V	100) massariorum V
101) <i>fehlt</i> C	102) bonio C
103) comunicatis C	